

Vorrede des Liber de historia Romana.

Yhesus adsit!

Incipit prologus.

Dudum a te persuasus, ut hoc opus aggrederer, videlicet ut ex magno istoriarum volumine, quod Padue^a retexui, aliud sub compendio et humiliori stillo conficerem, id aliquo tempore aggredi distuli, tum quia iam senio pregravor^b, annum etatis tertium et septuagesimum explens, tum quia melioribus oblector^c studiis, sim dierum meorum conterminus. Fateor quidem, quod michi^d rationabiliter suasisti, ut operam darem in attenuando molem operis et in stillum faciendo plebeium^e. Quippe multi volumina spernunt maiora propter impensam scribendi ac propter stilli maiestatem, que non congruit tenuiter litteratis^f; quemadmodum in alio volumine meo maiori ex aliis multis digniora cribro secrevi, sic ex illo cribrato^g istud studio curatiore^h cribravi. Porro nec sompniavi que scripsi neque didici ab hominibus confabulantibus in theatroⁱ, verum quecumque^k scripsi, a nobilissimis rerum scriptoribus ea traduxi, scilicet ab Ieronimo, a Mileto episcopo, Darete Frigio, Tito Livio^l, Orosio, Eutropio, Lutio Floro, Iustino ex Trogo Pompeio, Suetonio^m Tranquillo, Suetonioⁿ altero de XII cesaribus^o, Ambrosio, Prospero episcopo, Paulo dyacono Romano, Petro, qui Scolasticam scripsit istoriam, ex eo qui scripsit ystoriam Longubardorum^p, ex eo qui scripsit ystoriam Karoli^q regis Franchorum. Quedam ex Seneca aliisque comentariis, que vidi congruere veritati, congeSSI cum iis que me vivente sunt acta. Cum igitur post decisa^r negotia talibi^s animum oblectare volueris — varietas enim

a) 'patrie' Hs.; 'quale io composi ad Padova' Uebersetzung.
 b) 'pregrauioe' (?) Hs. c) 'oblectoe' (?) Hs. d) 'm' Hs. e) 'plebeum' Hs. f) 'tenuit littatis' Hs. g) 'cribato' Hs. h) 'cūratiore (currat.)' Hs. i) 'che contano favole per li palaci' Uebers. willkürlich. k) 'que9q3' Hs. l) 'Titoliuo' Hs. m) So die Uebers.; 'Seutonio' Hs. hier und unten im Autorenverzeichnis. n) So unten im Autorenverzeichnis und die Uebers.; 'Seutonio' oder 'Sentonio' Hs. hier. o) 'cessaribus' Hs. p) 'ex eo — Longubard.' habe ich aus dem Autorenverzeichnis unten (vgl. oben S. 445) und der Uebers. ergänzt, die hat: 'da quello che scrisse la hystoria Longobarda et de Karlo re de França'. q) So im Autorenverzeichnis, 'riarrolì' hier Hs. r) 'eci' ist in der Hs. unsicher, aber die Lesung nicht zweifelhaft, da 'post decisa negotia' Zitat nach Horaz, Epist. I, 7, 59 ist. s) So Hs.; 'quando tu voray pigliare deleta de si fate conse' Uebers.